

443 Dis. XI. Part. V. de informatione animæ. 444

Toletus libro secundo de anima, aliquæ graves Philosophi sese plurimum vexant & inutiliter, ut respondent ad hanc obiectionem; existimo autem hoc modo respondentum clare, & breuiter: Quod habet animam sensituum, est animal, quod habet animam sensituum totalem, concedo, quod habet tantum partiale, nego, pes autem bouis tantum habet animam partiale: & haec responsio vera videtur; nam sicut pes bouis non est bos totaliter, ita nec anima pedis bouis constituit animal totaliter.

Obiectio tertio ex Aristotele lib. de motu animalium: Anima in homine, & in animali est, sicut nauta in navi: sed nauta non est in toto navi; est enim tantum in aliqua determinata parte nauti, ergo anima non est in toto corpore.

Respondeo animam duplicer considerari in corpore; Primo, ut informat. Secundo, ut mouet corpus; in prima sumptione non intelligitur Aristoteles, sed in secunda tantum, prout videlicet anima mouet corpus; mouet autem corpus per potentiam motuum, quæ potentia non est in omnibus animalis partibus, sed in aliqua determinata: sicut nauta, qui est in aliqua determinata parte nauti, mouet tamen tota navi. Item resider potest motua in membris, in quos diffunditur ab ipso corde, vel ut alii volunt, à cerebro, anima ergo est in animali, sicut nauta in navi, quoad motionem corporis, concedo: quoad informationem, nego.

Ex dictorum occasione emergit difficultas de secundo coincidente partitione membro, an inquam omnes corporis partes informentur anima? solum tamen dubitari solet de partibus fluidis ipsius corporis, pituita, atrà bili, ac scilicet in illis sit anima informatiæ. Communis tum Theologorum, tum Philosophorum opinio vult tales partes non informari anima, sed aliquæ formæ peculiares: hanc sequitur Ruuius secundo de anima cap. 3. tract. de modo, quo anima informat corpus quasi. Altera opinio est Toleti secundo de anima cap. 3. dicentis illas partes infor-

mantia, quæ pertinet ad compositionem, & non sunt excrementiæ, informantur anima, dixi, quæ non sunt excrementiæ; quia certum est partes extremitatis, cum sint superflua, non esse de ratione compositi, & per consequens non informari anima. Probo ergo primæ resolutionem: Quæ pertinent ad constitutionem, debent informari formâ viuentis, sed tales humores pertinent ad constitutionem viuentis; nam sine sanguine non stat animal, ergo &c.

Secundo: Illa habent animam, quæ exercunt operationes animæ: sed illi humores nutritiuntur, & augentur, quæ operationes sunt animæ vegetatiæ, ergo & informantur anima ipsa vegetatiæ, seu rationali, in quantum vegetativa est; anima enim rationalis non tantum dat esse intellectuum, sed sensituum etiam, & vegetatiuum, prout partes corporis viuentis sunt capaces talis, vel talis vita: idem dic de capillis, quod videlicet informantur anima; crescunt enim, & nutritiuntur, & pro illis operationibus dicuntur participare gradum vegetandi.

Obicit Ruuius: Quæ non sunt continua ipsi viuenti, non informantur anima viuenti, sed illæ partes fluidæ non sunt continua, ergo non informantur anima; minor experientia Chirurgicæ patet: maior vero habetur ex eo, quod via forma non possit informare materias discontinuas.

Respondeo negari posse maiorem, & ad probationem dicendum: una forma non potest informare materias discontinuas totales, concedo, partiales nego.

Respondeo secundo partes viuentis discontinuas ab extrinseco non informari formâ viuentis, id est partes viuentis posite extra viuens non informantur anima: at sanguis, & predicti humores non sunt discontinui ab extrinseco, sed tantum ab intrinseco; sanguis vero dum emititur est vena, ubi incipit esse extra vi-

uenis, iam definita informari
animam,

Partes pertinenter ad constitutionem compositi informantur anima.
Prob. primæ.

Secundæ.

Res. secundæ.

DISPUTATIO DVO DECIMA.

DE

POTENTIIS ANIMÆ IN VNIVERSVM.

Aperitur Disputationis status.

POSTquam res qualibet fortis est suum esse in aliquo posteriori nature, non tamen temporis, pullulant ab ea quædam accidentia, quæ sunt tunc ornamentiæ, tunc virtutes accidentiales operantes talium rerum, dicunturque potentia; anima; ergo ubi in suo esse est constituta, emittit ex se,

aut per veram efficientiam, ut aliqui volunt, aut potius per actionem emanatiuam quædam potentias, quæ dicuntur potentiae animæ, & de his in praesenti partitione agendum est in viuens. Primo, de numero earum in viuens. Secundo, de earum distinctione tunc ab anima, tunc à se inuicem. Tertio, à quoniam specificentur?

T 3 SUMMA